

640

Lib. V. Cap. XVI.

Ex hōc loco seqq. argumenta peti solent:

I. Si unum eorum, quæ sunt paria, h. e. quæ æque sunt probabilib, est verum, verum etiam est alterum. e. g. Si is, qui patrem contemnit, maledictus est à DEO, is quoque erit maledictus, qui contemnit matrem.

II. Si unum eorum, quæ paria, h. e. æque probabilia sunt, falsum est, falsum quoque erit alterum, e. g. falsum est corpus posse regi absque anima. E. falsum quoque est civitatem regi posse absque lege.

CAPUT XVI.

DE

LOCO OPPOSITO-
RUM IN GENERE IN SPECIE,
DE LOCO CONTRARIORUM, RE-
LATORUM, PRIVATIVE ET CON-
TRADICTORIE OPPOSI-
TORUM.

Quid sint opposita tum in genere eum in specie, supra in doctrinâ post prædicamentorum dictum fuit: jam igitur argumenta, ex his locis desumpta, adducenda sunt. Ex loco ig. oppositorum in genere seqq. depromi possunt.

I. Opposita non possunt dici de eodem, scilicet eodem tempore, eodem respectu, & secundum eandem partem eg.
eadem